



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. De peccato inuidiae, & quid sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

communicari. At inquis: licet ne reprehendere manifesta & publica vitia? Respon. Christus inquiens, Luc.6. & Matt.7. Nolite iudicare &c. non prohibuit officium iudicis aut concionatoris, sed prohibet priuatam maledicentiam, & in rebus dubijs calumnias; Est aut priuata maledicentia quandoq; extra iudiciū aut concionem aut deliberationem. Dicuntur in alios conuicia, etiam si vera & manifesta sunt, quæ fiunt, vel vt ille emendetur, vel vt effectius consulatur, sed erumpunt, aut ex naturæ vanitate, aut ex morbo animi, idq; hoc tempore visitatum est &c.

CAPUT XV.

ARGUMENTA.

1. *De peccato inuidiae, & quid sit.*
2. *Cui sit similis inuidus.*
3. *Quantum noceat homini inuidia.*



Nuidia est dolor alienæ fœlicitatis, prosperitatis aut fauoris, sicut diabolus inuidet nostram fœlicitatem, Sap.2. Inuidia diaboli mors intravit in orbem. Sic inuidia serpētis prostravit parētes, Gen.3. Inuidia Cain nō potuit quiescere donec occisus effet Abel, Gen.4. Sic inuidebat filij Iacob fratri suo Ioseph, Gen.37. sic Saul inuidebat Dauidi, qui tamen illum omnib; affecit beneficijs. 1. Reg.18. Sic Iudas inuidet Christo, quod à sancta muliere vngueretur, cùm diceret: Ad quid perditio hęc? Mat.26. Est igitur inuidia dolor alienæ fœlicitatis siue prosperitatis. Sed scriptum est Proverb.17. Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Hęc inuidia duas habet filias, dolorem in prosperis, & gaudium in aduersis proximi. Quare inuidi sāpē sic sunt infelices, quod ipsi amittunt quicquid alij lucrantur: ipsi de sanitate aliorum infirmantur, de prosperitate aliorum intabescunt,

benedic
s, et si hoc
Matth.3;
es, &cet,
qua bestie;

peccatum
n posside
que rapa
to nume.
Maledici
vitum sit
uidem ad
undo, sed
ri suo, fa
s maledi
ibus erit;
mone se
oplum de
t, & quo
uper scri
rere ma
ns male
ceptorum
arentur;
am in fi
xit sicui;
tuum fi
endebat;
Reg. se
cet. Igia
ocumen
ominem
ccatum;
bet cibū
beat ex
comæ

scunt, & de malis atque incommodis aliorum gaudent: vnde optat Seneca, inquiens: Utinam inuidi in omnibus ciuitatibus aures & oculos haberent, ut de singulorum prosperitatibus ac honoribus torqueretur &c. Contra hoc vitium Christus & tota scriptura ubique inculcat charitatem proximi, quae charitas est quasi vita spiritualis, qua coram Deo viuimus. tertio. Nos scimus quia translati sumus de morte ad vitam, si diligimus fratres. Qui non diligit, adhuc est in morte, id est, nondum venit ad vitam, qua in sa- uore & gratia Dei viuimus: nam in illo est efficax vi- ta æterna, quam Christus nobis meruit, & amplius predicit de dilectione contra odium, inquiens: O- mnis inuidus animam suam occidit per odium, eo quod manebit in æterna morte. Ideo dicit Aposto- lus, Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Tertio prædicat Euangelista contra inuidiam, 1. Ioannis 4. inquiens: Si quis dicit quoniam diligo Deum & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? & hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum: hæc omnia Apo- stolus contra odium & inuidiam.

Secundò, similis est inuidia in homine vermi in li- gno, rubigini in ferro, & tincè in vestimento. nam ista sicut rodunt proprium subiectum, & consumunt il- lud priusquam alia: ita inuidia rodit ipsum inuidum, & plus inuidus nocet sibiipsi, quam alijs. Proverb. 14. Vita carnis, sanitas cordis: putredo ossium, inui- dia. Habet quoque inuidia triplex signum: pallescit enim facies, quando intueritur quem odit: deinde o- culos deprimit, nec audet illum in faciem adipicere: Tertio, dentes ex compressione sèpè strident, & mem- bra exteriora frigescunt. Sic ad prædicationem S. Stephani Iudei dissecabantur cordibus suis, & stri- debant